



VII OLIMPIADA DE LLENGÜES CLÀSSIQUES

TRADUCCIÓ DE TEXTOS LLATINS

Es declara la segona guerra Púnica en atacar Hanníbal la ciutat de Sagunt

M. Minucio Rufo P. Cornelio¹ consulibus Histris² bellum inlatum est, quia latrocinati navibus Romanorum fuerant, perdomitique sunt omnes. Eodem anno bellum Punicum secundum Romanis inlatum est per Hannibalem, Carthaginiensium ducem, qui Saguntum, Hispaniae civitatem Romanis amicam, obpugnare adgressus est. Huic Romani per legatos denuntiaverunt, ut bello abstineret. Is legatos admittere noluit. Romani etiam eos Carthaginem miserunt, ut mandaretur Hannibali, ne bellum contra socios populi Romani gereret. Dura responsa a Carthaginiensibus data sunt. Saguntini interea fame victi sunt, captique ab Hannibale ultimis poenis adficiuntur.

Tum P. Cornelius Scipio cum exercitu in Hispaniam profectus est, Ti. Sempronius³ in Siciliam, bellum Carthaginiensibus indictum est. Hannibal relicto in Hispania fratre Hasdrubale Pyrenaeum transiit. Traditur⁴ ad Italiam LXXX milia peditum, X milia equitum, septem et XXX elephantos adduxisse. Sempronius Gracchus cognito ad Italiam Hannibalis adventu ex Sicilia exercitum Ariminum⁵ traiecit.

Eutropi III, 7-8

1 Marc Minuci Ruf i Publi Corneli Escipió: cònsols del 221 a.C.

2 Histri, -orum m.: els Istris (habitants de l'Ístria)

3 Tiberi Semproni Grac: magistrat romà contemporani de Publi Escipió

4 traditur: es diu

5 Ariminum, -i: Rímini (ciutat d'Itàlia).